



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Clementis XII. ab Anno I. usque ad IV.

Luxemburgi, 1740

CXIII. Præcipitur, ne quis notam aut censuram ullam Theologicam
Catholicorum Scholis, diversa in explicanda Divinæ Gratiaë efficacia
sentientibus, inurere, aut earum sententias contumeliis incessere ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74733](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74733)

1733.
Clausula.

§. 3. Decernentes, ipsas presentes literas firmas, validas & efficaces existere & fore, suosque plenarios & integros effectus fortiri & obtinere; ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, plenissime suffragari, & ab eis respectu inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios & delegatos, etiam Caesarum Palatii Apostolici Auditores, judicari & definiti debere; ac irritum & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus & Ordinationibus Apostolicis, necnon Congregationibus, Ordinibus, & Monasterii præfatorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis.

§. 5. Quibus omnibus & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 30. Septembris 1733. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

F. Card. Oliverius.

libere ubique, etiam in hujus Almae Urbis luce, docuerunt & propugnarunt.

§. 2. Quamobrem fel. record. Pauli V., & aliorum Prædecessorum Nostrorum ad restringendum disensionum fomitem vestigia profectantes, & saluberrimâ mandata renovantes, auctoritate quoque Nostra omnibus & singulis superius expressis interdiximus & prohibemus sub iisdem pœnis, ne vel scribendo, vel docendo, vel disputando, vel alia qualibet occasione notam aut censuram ullam Theologicam iisdem Scholis diversa sententibus inurere, aut earum sententias conviciis, & contumeliis incessere audeant, donec de iisdem controversiis hæc Sancta Sedes aliquid definiendum, ac pronuncianum censuerit. Pacem siquidem, quam cum veritate diligendam Dominus præcepit, inter Catholicæ Ecclesiæ Filios fovere, & communire debemus, & curamus; ut conjunctis diversarum licet Scholarum studiis firmiter sit adversus erroris insidias præsidium.

§. 3. Propterea locorum Ordinariis, Inquisitoribus, cæterisque Judicibus Ecclesiasticis injungimus, ut altercationes, & contentiones, quæ disputationis actu animos abripiente, in Christiani populi scandala erumpere possent, per Canonica remedia compescant; iisdem facultatem ad id necessariam, & opportunam impertientes; in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 2. Octobris 1733. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

C. Archiepiscopus Emisenus.

Prohibicio, de qua supra.

CXIII.

Præcipitur ne quis notam aut censuram ullam Theologicam Catholicorum Scholis diversa in explicanda Divinæ Gratiæ efficacia sententibus inurere, aut earum sententias contumeliis incessere audeat.

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Dat. die 2. Octob. 1733. Pont. An. IV.

Exordium.

Apostolicæ providentiæ officio a Prædecessoribus Nostri fel. record. Clemente XI. & Benedicto XIII. sapienter impenso ad dissipandas novatorum calumnias & artes, per quas inducta proscripitis erroribus Catholicorum dogmatum larva, & Sanctorum Doctorum illustria nomina obtendentes, simplicium animos a debita Constitutioni, quæ incipit *Unigenitus*, obedientia deterrere moliebantur, Nos paterna quoque sollicitudine inherentes, magnopere dolemus, tenebras à disensionis filii offusas nondum ex quorundam mentibus satis esse discussas; sed plerisque etiam nunc intolerabili pertinacia contendere, censuris laudatæ Constitutionis doctrinam Sanctorum Augustini, & Thomæ de Divinæ Gratiæ efficacia esse perstrictam.

§. 1. Ut igitur nullas charitatis partes ad revocandos errantes Nobis reliquas faciamus, universis, & singulis Christianis quacumque dignitate, etiam Episcopali, & majori fulgentibus in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipimus, & sub Canonice pœnis mandamus, ne disputantes, aut docentes sive in Scholis, sive in Concionibus, sive scriptis editis, sive aliter propositiones defendant, aut enuncient, quæ antedictas novatorum calumnias firmare, ac promovere possint, Mentem tamen eorumdem Prædecessorum Nostrorum compertam habentes, nolumus aut per Nostros, aut per ipsorum laudes Thomisticæ Scholæ delatas, quas iterato Nostro judicio comprobamus & confirmamus, quidquam esse detractum cæteris Catholicis Scholis diversa ab eadem in explicanda Divinæ Gratiæ efficacia sententibus, quarum etiam erga hanc Sanctam Sedem præclara sunt merita, quominus sententias ea de re tueri pergant, quas hæcenus palam &

Per laudes Doctrinæ S. Thomæ datas cæteræ non reprobantur Sententiæ.

Generali Congregationis Montis Oliveti Ordinis Sancti Benedicti facultas conceditur destinandi pro libito Abbatem in Monasterio Sanctæ Mariæ Novæ, absque regimine, cum voce tamen activa & passiva.

CXIV.

CLEMENS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Dat. die 6. Octob. 1733. Pont. An. IV.

§. 1. Nuper pro parte dilecti filii Procuratoris Generalis Congregationis Montis Oliveti Monachorum Ordinis Sancti Benedicti Nobis expositum fuit, quod, cum per alias nostras in simili forma Brevis novissime expeditas literas Abbatiam & Regimen Monasterii Sanctæ Mariæ Novæ nuncupat. de Urbe Procuratori generali ejusdem Congregationis Montis Virginis, itaut deinceps Procurator Generalis pro tempore existens dictæ Congregationis insimul Abbas Monasterii prædicti esset, ac esse deberet, perpetuo univerimus & annexerimus, ac unita & annexa fore declaraverimus; sicque numerus Abbatum prædictæ Congregationis impostum diminuentus foret, dilecti vero filii moderni Abbas ac Definitor Generales ipsius Congregationis minime expedire existiment, uni potius quam alteri e sex Provinciis, quibus eadem Congregatio constat, unum Abbatem adimere; idem Procurator Generalis pro quiete & tranquillitate dictæ Congregationis illius Abbati Generali pro tempore existenti, ad quem juxta Constitutiones ipsius Congregationis distributio regiminis Monasteriorum spectat, facultatem concedi, plurimum desiderat, relinquendi semper unum Abbatem pro arbitrio suo absque gubernio cum voce tamen activa & passiva in Capitulis Generalibus, cæterisque aliorum Abbatum prærogativis & præminentis; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, & ut infra, indulgere de be-

Vid. superius. Peticio.

nignitate